

D. OCT. COR. CAM. APO. CLE.

AD LECTOREM.

S. D.

EX qua mihi, benevole Lector, gente assurgis? ex ipsis Aristarchis? ex ipsis, qui criticè literarum ludum, & arena, ut ita dicam, bestiariorum tractant? recede: bonum factum: si hunc libellum non tangas; ac ne videas quidem emissitulis illis oculis; utinam effosis. Ut lectoris officium præire, & summovere, præsertim infames, ne eorum occursum Magistratus majestas contaminaretur; sic meum, morosos, fastidiosos, blemos, bucones arcerè, voce, manu, virga! quippe si in manus libellam re ipsa bellum sumant, nec ipsamet Pallas à virose lingua telis Agide sua defendat; flagitem, ut laudent? ne ut excusent quidem, si quid erratum.

Justa ab injustis petere insipientia est; Quippe illi iniqui jus ignorant, neque tenent. An potius, Lector, ex illis est, qui curiosos simulant, & Zenonis sectam augent? Tu quoque gnosis, grave si illud intones, Mentiri nescio; librum,

Si malus est, neque laudare, & poscere esto; si scriptorem, si rem scriptam in trutinà expendas; laudabis nec mendacior. Rudiarus hæc non scripsit; sed qui palo adhuc figit vulnera, quique quod magis mirari, Adpositam nigre Lunam subtexit aluce.

Impie si recitoria petas; ut in pomo non miti acris ille sapor amatur; Sic in adolescentis scriptatione. Noscere te ipsum quicumque, & retrò ad eam ætatem trabe; cucurbitas pingebas; dormiebas. Qui ergo tam bene orditur bujus militia Tyrocinium; citò cum vitis manet. Complectere modo animo rem; pugnam in Salmanticensi Theatro argumentis, & rationibus depugnatam brevi stylo, & eleganter descripsit, ut oculis Illustrissimi Excellentissimique Principis D. Francisci Medicæ, cujus auspiciis manus concertum iove, necnon Illustrissimi & Reverendissimi Archiepiscopi Florentini patris sui, quem pariter obsequio, & amore prosequitur, submitteret: non ille fame sue consultum hoc libello voluit, neque ipsi votivum, ut verè, Lector, fatear, tibi probari: placeat Magnatibus illis, ad hoc anhelamus, & ideo hæc tibi veluti in gustum ingenii sui dedit; an terrevi debuit? audi Satyricum.

Srulta est clementia, cum tot ubique Vatribus occurras, peritura parcere charta. Hoc amplius Lector, si ex Bartolistarum grege mihi ades, & in obioletorum interpretum verba jurasti: auresque barbara illa latinitate obduruisti, nihil hic tibi, voluptatem non capies, imò nec quid ipse velit: qui in sedula Cujacii, Duareni, Donelli, Fabrorum, & si qui bujus melioris commatis lectione versaris.

Aspice & hæc, si forte aliquid decoctus audis. Inde vaporata Lector mihi ferveat aure.

Noster trivialia communi moneta hauri scripsit, sed electa, & acuta. Hæc audis Lector? facilem ergo te præbe. Novitium hunc in Theatrum literarum prodeuntem, sceleriter acclamans plausu excipie: lauda paratum gratiam referre non modo, sed borro toto: Hoc si nolis: Angeronam respice: pergis, & ad calculos sedes? obtempera ipse tua conscientia, qua, & si simulas, vice tribuni tam inique actioni intercedit, scio. Spernis? I, Lector, colliga manus; sed vide ingenuitatem, tempora, & mores novimus, promptiores ad calumniam, quam ad veritatem lingua: ut qui ad portum tendit ventis, procellisque nonnumquam sollicitatur; sic invidiæ, & maledictis qui ad gloriam: noster Gallinæ albæ: minimè filius in eodem factabitur aquore, si quid laudis captabit, lucra ponet, sin minus, Poetam clamantem audiet.

Nec te quæsiseris extra. Tu modo amicissime Americæ, perge maeste virtute, qui eductus semel è carcere inoffenso pede ad calcem curres, & post terga relictiis his, qui gravi invidia aculeo puncti oblatrant, gratias Patriæ, parentibus, amicis caput olivo redimitum in hoc, ubi de fama contentio est, stadio feres; stimulos addet, si mentis oculos in patrii tui exemplo figes; de quo nihil aliud tibi inest illo (penè enim factus sum garrulus) nisi illud Poete.

Vulcanus, Luna, Sol, dies, Dii quatuor Meliorem nullum illuxere alterum libet, & verè addere doctiorem, humaniorem, nobilitiorem, sed tu, Lector, vale, & Momi perionam excite.

AD

AD LEGEM CENTURIO XV.

ff. de vulg. & pupil. subst. habita

repetito.

Ad eandem Præfatio.

Quo didicisse, nisi hoc fermentum, & quæ semel intus, Innata est rupto jecore, exieris, caprificus.



ICEAT mihi auditores meos (Illustrissime Rector, Præses sapientissimi, Viri Principes, Patres præstantissimi, necnon Universi Carissimi Condiscipuli) liceat mihi, inquam, auditores meos his versibus affari, nam ut Athleta in stadio oculos ad metam, & bravium intendunt, sic ferè omnes, qui studiis se dedunt, ad gloriam. Ne tamen inducatis in animum me adeo Philotimia obcæcari, qui purem didicisse jam ut illi ipsi, qui apud Persium versus illos usurpant. O stultus ego si putem, & meritò clamet quis.

O medici mediam perturbate venam.

Non ego huc prodii apud vos, Auditores, ut vel elaborata studia, vel ingenii vires ostentarem. Sed veluti aves cum pullos suos volatum docent, antequam per aëra divagari permittant, paulatim ducunt prius, atque experiuntur; sic ego mei periculum facere optimum duxi, ut sim conscius quem volatum per largum hoc jurisprudentiæ coelum explicare queam. Hoc verò, ut hic potissimum facerem, vos suassistis, Auditores, vestra religione, ac æquitate, hujuscemodi enim arbitros habere, & gaudeo, & jam diu in votis. Præterea allexit ipsamet Salmanticensis Universitas, uno verbo dicam, omnibus numeris absoluta, in qua cætera omnes veluti in speculo, suam possint aspiciere deformitatem. Quid verò occasio tanti Præsidis? an non ex remotioribus terræ partibus accurrere huc debuissim, ut sub ejus patrocinium, hodiernum hoc certamen inirem? Non tanti igitur fuit certare, quam in hoc theatro certare, talibus arbitris, ac talis Præside. Restat ut vobis explicem, quare hunc laborem meum Illustrissimo, Excellentissimoque Principi D. D. Francisco Mediceo, Serenissimi magni Ethuriæ Ducis fratri consecraverim. Quid putatis? beneficia, affectus, ejus comitas, indoles benignitas, atque natura, quæ me ejus subditum, & clientem peperit. Quid? nonne etiam hæc literarum monumenta ipsi debentur? cujus majores afflictas eas, ac humi jacentes, vel in perpetuum exererunt? at vela contraho, ne in ejus pelagi altum provehar, unde ventis, quantumvis faventibus, nunquam expediar. Ne igitur constitutos terminos excedam, pro more Papiniani responsum in libro 6. quod Tribonianus in titulo de vulg. & pupil. subst. reposit, explicandum aggrediar, si prius Sanctissimam Trinitatem, Beatissimam Virginem, ut mihi divinam, ac propitiā afflet auram, oravero. Silet quoque, & tacete, atque animum advertite.

Centurio filiis, si intra quintum, & vigesimum annum ætatis suæ, sine liberis vita decesserint, directò substituit. Intra quatuordecim annos etiam bona propria filii substitutus jure communi capiet: post eam autem ætatem ex privilegio militum patris dumtaxat, cum fructibus inventis in hereditate.

Ergo Nos in aciem vocat, Auditores, robustissimus quidam ex gente hirsuta Centurionum armorum usu, & contractatione durus, atque in ipsa juris imperitia privilegio elatus promptior ad ense, quam ad Prætoris sellam, si de jure suo sibi moveatur litigium: is filiolo impuberi, si ejus vita ad vigesimum quintum annum non produceretur, consultum suo testamento de herede voluit; si tamen in his ipsis temporis limitibus absque liberis vitali hac aura destitueretur. Duo hic maxime advertenda; si bullatus decedat; si sumpta virili toga. Illud enim si acciderit, hæredes qui quasi suppetias laturus secundo expectat gradu, jure quo quisque censetur bona cum patris, tùm filii complectitur (a). At si hoc omissio, sedulo de alio labore.

Obras Posthumas. M

(a) L. sed si plures 10. §. ad substitutor. ff. de vulg.

mus, firmiter Papiniano adherendum, qui & si varia, diversaque ab authoribus induatur persona, pure tamen, & verè perceptus, nos ad veritatem perducet. Discimus ab eo, bona filii ex-

Hoc volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.

Nefas tamen iis, jus filii testari haud prohibiti (d), vel tantillum ire diminutum, antequam tamen veluti Ladas aliquis, aut cum equo suo Perseus praterivole: quod verè viris, verè doc-

Qui negant, hos omnes lapides movent, sancitum esse à Papiniano, & Pomponio post praxitate positionem frustra secundas exarari tabulas, & exaratas pubertate finiri (*), quod falsum, si alter in milite dictum ab Imperatore, veluti ex fideicommissi causa valere (h), scriptum à Pa-

(b) Hac l. Centurio 15. ff. de vulg. l. precibus, Cod. de imp. & al. substitutione. (c) Principio inst. de test. milit. l. i. ff. eodem. (d) L. A qua etate, ff. qui test. fac. (e) Arg. l. si quis, ff. si quis omni. cau. test. l. fin. §. sin autem sub conditione, C. com. de leg. junctis, l. prima, Cod. de pactis, rurtus, l. filius 114. §. cum, ff. de leg. 1. Item arg. l. ex factis 17. §. ex factis, ff. ad Trebellian.

generaliter, §. cum autem, C. de inst. & substit. L. cum acutissimi, Cod. de fideicom. (*) L. verbis, 7. l. in pupillar. 14. ff. hoc tit. (h) L. precib. C. de impub. & hac l. nostra Centurio, §. dict. l. precibus. (i) Hac l. nostra Centurio. (k) Dist. l. precibus. (l) Cap. si pater, de testament. in 6. c. Raimuntius extra de test. (m) L. Scaevola, ff. ad Trebellian. (n) L. ex factis 17. in princ. ff. ad Trebellian. (o) Cap. Raimuntius extra de test.

(absint impii, qui aliter missant) quippe testator, qui rescripto causam dedit, quoquomodo Alterocam succedere concupiverat; quamobrem haud ex Anteo hanc substitutionem pro-

Sed revertamur ad Papinianum; quàm bene, quàm dilucidè hæc omnia, quæ diximus brevè illo circo conclusit? sed & illud (ne quid minutum relinquat) quod à filio abducere substitutum debeat: Bona nempe patris cum fructibus inventis in hereditate. Profectò si patris hereditatem! & una fructus ab eodem parente collectos, item pendentes, maturosque ejusdem mortis tempore, necnon hereditate jacente perceptos, quippe hæc omnia hereditatem augent, habebit (q).

Ut Gyarae clausus scopulis, parvaque Scripbo.

Vitam omnem traducat; is absque ullo legum præsidio (nec erubuit) (t) nisi tanti summi credat opinionem, transire, sed & apud gravatum remanere dictavit; ego sanè id nunquam legi, imò contrarium: ecce Paulum, Restituta hereditate jura sepulchrorum apud heredem remanent (u).

Hic aliàs poteram, & plures subnectere causas.

Ut una cum Umbricio apud Juvenalem receptui canam: sed jam nobiles video retarios, qui me rede capturiunt; cuspidem ergo sumam, ne me, cur eos fugiam, percontentur.

CAPUT PRIMUM.

De pupillaribus substitutionis diffinitione, & divisione.

Difficile navigatu fretum hoc substitutionum, & decumanis fluctibus exagratum, fabula pueris, qui ære nondum lavantur, fabula Posthumas.

tur, decantata. Mihi, antequam vela expli- co, diffinitionem, & divisionem investigare lubet, sic Cicero, sic Aristoteles monent. An hic centurias, imò legiones diffinitionum exponam? apagè. Multi solent, ego abhorreo: sed & illud præmonitum volo. (Novi enim cornea nonnullorum præcordia, qui quod non oppositum, non vistum censent.) Ut ii, qui corollam texunt, neglectis reliquis, mol-

(p) §. masculo, inst. de pup. L. verbis 7. L. in pupillari 14. (q) L. qui, ff. ad legem falcidiam, l. si fraudator 25. §. Proculus, ff. quia in fraudem cred. L. fructus pendentes, ff. de rei vend. L. ita tamen 27. §. 1. in fin. ff. ad Trebell. (r) L. secunda 2. §. item veniunt, §. item non solum in fin. ff. ad Trebell. (s) L. in fideicommissarium 18. ff. ad Trebellian. (t) Auth. de Nup.

(u) L. jus sepulchri 3. C. de relig. (x) L. quia perinde 42. §. 1. ad Treb. (y) §. restituta, institut. de fideicom. hered. (z) L. fundus mihi 31. ff. famil. ercisc. L. si sepulchrum Cod. de relig. (a) L. qui hereditas, 44. §. cum hereditas, ff. de condit. & demonstr. (b) L. vel quod, 6. ff. de religiois. & cumpr. (c) L. ergo 4. §. is autem, ff. de fideicom. libert. (d) §. nam prator, instit. de bonorum poses.

liores, & alacres carpunt flores; sic me ex multis, quæ ab Authoribus dicuntur, quæque ipse legi elegantiora selegisse. At cur Authorum longam seriem non apposui? haud mihi libitum; qui hoc faciunt ex mustaceo laureolam querunt: sed ad rem.

Substitutio est, *secundi hæredis appellatio*, sic nos docet Cajus (a), *Institutionem* si dicere velimus, Authorem Paulum habebimus (b). Nec reluctetur animus, quoniam effinxerit Modestinus institutionem speciem substitutioni contrariam (c). Hoc in usu apud Jurisconsultos; potissimum apud Modestinum. Adoptionem autem in adoptionem dividi, & arrogationem (d); cognationem quoque, in cognationem, & agnationem (e): absit hic scrupulus firmumque sit rectè dici *Institutionem*. Id usurpat Scævola (f); id Labeo (g); id ratiocinantur alii (h). Hæres in *secundi* verbo, nec dissimulas: secundus est cohæres (i), secundus hæres à milite ex tempore datus (k): nec tamen substitutus. Opple aures, haud ista admitto: est in milite privilegium, atque ea ex ipso substitutio; de cohærede verò negatum non ibo, secundum esse ordine scripturæ, & loco (l), sed minime hæc attendimus; verum gradus (m): Vellis aures, & insusurras datum ex hæredato substitutum, haud secundum, sed primum hæredem esse: ergo nec substitutum: amove filii curam: sit paternum testamentum in mente; juxta illud secundum esse hæredem dabis (n). An ulteriore gradu vetitum? Minime (o): Ut secundas, quascumque post primas, nuptias nuncupamus (p), sic hæredem præcedentis dumtaxat, inquit Donellus, ratio habenda: & ut fores opponentibus obcludamus, de hæredis substitutione nos loqui certum sit; nec obstrepant posse in fideicommissis, & donationibus, & legatis fieri (q): nobis hæc nota, sed neglecti habemus.

De divisione quid alii senserint; nobis in proptulo; sed perinde ac si in latebris; eorum opinioniones non producentur, ad scamma in hos Athletas haud descendo; pace, & quiete rem transigam, benevè scripserint, & sense-

rint aliorum sit iudicium. Ego ad gradus, personas, scripturam, rem redigo: sumo scripturam; quinque cernes substitutiones, vulgarem, si hæres non erit (r); pupillarem, si ante pubertatem decesserit (s); reciprocam, invicem substituo (t); militarem, vel compendio factam, quancumque decesserit (u); Justinianeam, si filius in furore decesserit (x).

Personas vide: duas amputabis, & erunt dumtaxat vulgaris quæ cunctis; pupillaris quæ impuberibus liberis; Justinianea quæ furiosis fit.

Sed si successionis gradus reputemus, qui duo sunt; si hæres non erit. Alter, si hæres erit, & ante pubertatem decesserit (y), duas quoque tantummodo substitutiones, vulgarem scilicet, & pupillarem extare contendimus (z): & merito, nec enim plures Cajus (a), quo nolim ego plus sapere.

Quid hæc differant, scire habes? vulgaris unicuique sui copiam facit (b); pupillaris parentibus, habet; tantum, cum impuberibus liberis hæredem facere volunt (c). Illam duodecim tabulæ, hanc mores introducere (d). Hujus meta, pubertas (e); illius, hæreditatis aditio (f). Illa nobis. Altera filio testamentum exaramus (g).

Fieri possunt hæc substitutiones, cum legitimis, tum precariis verbis, hinc tradita occasio divisionis in directam, & obliquam, cui vulgo acclamatur. Divisiones, diffinitionemque habes; perge modo ad reliqua.

CAPUT II.

Substitutionem moribus introductam ipso jure ob patriam potestatem; filiis dumtaxat impuberibus fieri.

Testamentum ex eo dicitur, quod testamento sit (a): Est enim voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri vult (b); desiderat igitur animi iudicium (c), quod cum non sit impuberibus non

(a) Lib. 2. tit. 4.
 (b) L. ex factis 43. §. Lucius, ff. de vul.
 (c) L. 1. ff. hoc tit.
 (d) L. 1. ff. de adop.
 (e) L. non facile 4. ff. de grad.
 (f) L. Gallus 29. in princip. ff. de lib. & posthum.
 (g) L. mulier 20. §. fin. ff. de cond. instit.
 (h) Arg. legis si quis mihi 25. §. sed si mandavit, ff. de acquir. hæred. l. 1. ff. de hæred. inst. juncta l. 9. §. fin. ff. de lib. & posthum. L. si is qui 55. ff. de hæred. inst.
 (i) L. si is qui 25. ff. de testibus.
 (k) L. quærebatur 19. ff. de milit. testam.
 (l) L. qui solendo 6. ff. de hæred. instit.
 (m) L. 1. hoc tit.
 (n) L. penult. in princip. ff. contra tabul. L. 2. in princip. ff. hoc tit.
 (o) Ulpian. tit. 22. §. penult. l. 1. & l. potest. 36. hoc tit. inst. de vulg. in princip.
 (p) L. si quis prioris, §. talem. Cod. de secund. nup.
 (q) L. ut hæredibus 50. ff. de leg. 2. l. si sponsus,

§. simili modo, ff. de donat. inter virum, l. 1. is cui 10. ff. de donat. causa mort. l. si legata 6. Cod. de legat.
 (r) L. 1. hoc tit.
 (s) L. 2. ff. hoc tit.
 (t) L. 4. §. 2. ff. eod.
 (u) L. Centurio. 15. eod. l. precibus, Cod. de impub.
 (x) L. humanitatis 9. eod. tit.
 (y) D. l. precibus, d. l. 1. §. 2.
 (z) L. cum ex filio 39. §. filio, ff. hoc tit.
 (a) Lib. 2. inst. tit. 4.
 (b) Princ. instit. de vulg.
 (c) L. 2. ff. hoc tit. princip. instit. de pup.
 (d) L. verbis 120. ff. de verb. signif. d. leg. 2.
 (e) §. masculo, inst. de pupil. l. verbis 7. l. in pupillari, ff. d. tit.
 (f) Princ. inst. de vulg.
 (g) Dict. princ. & §. literis.
 (a) Inst. de test. in princip.
 (b) L. 1. ff. qui testam. fac. pors.
 (c) D. l. 2. ff. de inoff. test. l. is cui lego 18. l. qui testamento 20. §. ne furiosus, ff. de testib.

non est is testari datum (d); an ergo intestati morientur? ita quidem si patre careant; sin minus, quoniam moribus Romanorum latum est, & inveteratum patres summo in filios imperio potiri (e), iis quoque effectum est, ut ipsimet parentes impuberibus condere queant testamentum (f); idque jure summo; an non possit hæredem filio dare, qui filium, & vendere, & occidere poterat, si libuerat (g)? Quamobrem rideo, qui privilegio factum dicunt; & nihil magis juris regulis, vel si marvelis, rigori consonans agnosco, idque à moribus in medium allatum (h); moribus? sume duodecim tabulas, perlege. Pater familias uti legasset suæ rei, ita jus esto (i). Filii res patris dicuntur (k), ergo ea verba; & substitutionem pupillarem complectuntur: preme adhuc, audi Romulum. *Parentibus in liberos omne jus esto*: Hæc lex scripta est; hinc patria potestas, ex hac pupillaris substitutio, non ergo ex moribus; siste, nec te falsa hæc veritatis effigies deleat. Nam duodecim tabulæ laxant quidem habenas, & patri concedunt de suis verbus, & rerum suarum tutela pro libito statuere (l); ideo filio tutorem dat (m); sed hæredem non dat, quia res filii esset habiturus, de quibus duodecim tabulæ ne verbum quidem. Romulum verò tantum indulsisse parentibus non abigo, imò prima illa tempora si species, aho lege Romanam patriam potestatem inducunt; sed revoca in animum legem Tribunitiam, qua exactis Regibus cæteræ leges exleverunt (n), igitur & illa de patria potestate. Quid ego? coepit populus Romanus incerto magis jure, & consuetudine ali, quam per latam legem, & hac patria potestas retenta. Rectè igitur moribus inducunt dixit Ulpianus, licet Decem-viri tractu temporis in duodecim tabulis hoc jus insculperint. Absint qui moribus Lacedæmoniorum hoc tribuunt, à quibus petitum jus non scriptum testatur Justinianus (o); quasi vero Romani, & si jure non scripto uti à Lacedæmoniis didicerint, nequeant tamen plura moribus observare, quibus illi careant. Quid hinc? nimirum substitutionem moribus Romanorum editam ob patriam potestatem. Ergo liberis tantummodo faciendi. Quidni? cum in eos dumtaxat im-

perium patriæ potestatis exercere possimus? obliquisque verbis & adultis, & non filiis fieri scio (p); sed nos de directæ, quæ fortassè, si pupillares tabulas alterutrum testamentum esse volumus; nutabit. Si patris, cui permissum de alienis bonis testari (q)? si filii, qui ex alieno pender arbitrio (r)? Sed firma est, nec vacillar; Pupillaris substitutio dicitur quidem interdum testamentum filii, re vera idem ac parentis est (s); non ergo ex alieno pender arbitrio. Patri vero lege datum, de impuberis filii, aliàs absque hærede decessuri bonis, quasi in subsidium disponere. Huic qui censor est; legem censer. An non daret ei, qui summam sibi in filium potestatem asserit, ob quam de ejus tutela disponit? haud potuit (inquiet mores) lex (t), quippè contra bonos honestatem, publicam utilitatem sit; nonne substituti semper in subsecris erunt ad pupillum è medio tollendum? fiat in ima cera, obvolvatur lino, nec salvantur tabellæ, nisi posita prætexta; hoc Caji consilium (u); sed non usquequaque sufficiens, nam viventis pupilli hæreditas venditur (x). Nos vero, non

Obsura adeo gestamus pectora Pæni.

ut nesciamus hoc falsum: Pomponium cito (y), si hæreditas venerit ejus qui vivit, aut nullus sit, nihil esse acti, quia in rerum natura non sit, quod venerit. Sed & ipsius Ulpiani verba ventilo: *Planè si hoc actum sit, dicendum erit etiam impuberis hæreditatem in venditionem venire: maxime si jam delata impuberis hæreditas est*. Nullo igitur in periculo pupillaris, delata jam hæreditate. Timemus nobis ab illo verbo, *maximè*? injuria: nihil profectò tam nostrum, hoc enim loci vel ex elegantia additum, ut Accursius (z) vult, vel hæreditatem delatam esse necessum ostendit; haud à Jurisconsultis alienum accepe Justiniani exemolum. *Sancimus, & in hujusmodi casu consul issum Principis locum habere constitutionem, & cum modis omnibus admittendum esse censemus, maxime cum ex voluntate creditorum hæc interponitur*. Nolentibus enim creditorum admitti talem actionem nullo modo concedimus (*). Hæc vera sunt; qui obsistunt, meras nugas bla-

CA-

(d) §. præterea testament. inst. quib. non est permissum, lege qua etate 5. ff. de testibus.
 (e) L. pater furioso 8. ff. de iis qui sunt sui, &c.
 (f) L. moribus, 2. ff. hoc tit. princip. inst. de pupill.
 (g) L. fin. Cod. de patr. pot. l. in suis, ff. de lib. & posthum. 12. tabul. & l. Romuli.
 (h) Inst. de pupil.
 (i) L. verbis legit 120. ff. de verb. signif.
 (k) L. 1. §. per hanc, ff. de rei vendicac.
 (l) L. sæpe ista sibi super pecunia, ff. de verb. signif.
 (m) L. 1. ff. de test. tui.
 (n) L. ei, §. exactis inde regib. ff. de orig. jur.
 (o) §. & non inolegerant inst. de jur. nat.

(p) L. ex factis 27. in print. ff. ad Treb.
 (q) L. contra l. conficiuntur, §. 1. ff. de jur. condit. auct. ingressi, Cod. de sacrosancti. eccles.
 (r) L. illa institutio, ff. de hæred. instit. l. 1. ff. de test.
 (s) L. 2. §. prius, ff. hoc tit. l. in ratione, §. si filio, ff. ad l. falcid. §. igitur, inst. de pupil.
 (t) Cap. erit autem lex, dist. 4.
 (u) §. sin autem quis ita formidolosus, inst. de pupil. Cajus lib. 2. instit. cap. 4. §. pupillaris.
 (x) L. 2. §. illud, ff. de hæred. vel act. vend.
 (y) L. 1. ff. de hered. vel act. vend.
 (z) D. l. 2. §. illud potest, ver. maxime.
 (*) L. fin. §. autem et l. Cod. de test. manumit.

CAPUT III.

Finiri pubertate hanc substitutionem incepto ultimo decimiquarti anni die, nec ultra valere, nec fideicommissi quidem jure.

De origine ista: quid de termino, & meta? certe eadem, ac tempore quo clauditur pubertas: moribus institutum esse, ut cum ejus ætatis filii sint, in qua sibi testamentum facere non possunt, parentes ei faciant (a), supra disertum. Facultatem testandi pubertas affert (b): auferet eadem parentibus pupillariter substituendi (c); hæc in brevi duodecim annorum si fœmina, quatuordecim si mas, circulo clauditur (d); hæc septa non transit; immò & postremum diem cum tetigerit, liberum habet, & iis testari datum (e); igitur & eo die solvitur substitutio una cum substituendi causa. Morosi nimium, imò & imperiti, qui Imperatorum, dum decimumquartum annum excessisse requirit, nesciunt disputationi nostræ accommodare excessisse dixit (f); tu tetigisse intellige: idem in Diocletiano face (g); quem natura inceptit diem, hominis intellectus in hac arte completum interpretatur (h). Pubertate itaque, hoc est, simul ac ultimus decimiquarti anni dies ingruat, finitur, evanescit (i). Quid si in longius tempus testamentum filii pater produxerit? An saltem jure fideicommissi efficax erit? Utrunque acriter pugnatur; ego pro iis, qui inficiantur eunt, mucronem stringo, & ajo substitutionem, quæ longius tempus complectitur valere usque ad decimumquartum annum (ut qui sciam utile haud infici vitio per inutile) (k) post id vero tempus haberi, ac si omnino facta non esset. Ad partes voco Papinianum: Verbis civilibus substitutionem post decimumquartum annum ætatis frustra fieri convenit (l); Pomponium: In Pupillari substitutione, licet longius tempus comprehensum fuerit, tamen finitur substitutio pubertate (m); Justinianum: Masculo igitur usque ad quatuordecim annos

(a) Princip. inst. de pupil. vers. non moribus. (b) L. quia ætate, ff. de testib. (c) §. masculus inst. de pupill. (d) L. ultima, Cod. quando tut. vel cur. esse de sin. princ. inst. quibus modis tut. finiat. (e) L. quia ætate l. adigere, §. 8. §. quomodo, ff. de jure patr. l. liberorum 11. §. 1. ff. de his, qui notat. inf. (f) D. §. masculo. (g) L. si frater 4. C. qui test. (h) L. uti usucap. ff. de usucap. l. Anniculus, de verb. sign. (i) L. verbis 7. l. in pupill. 14. ff. de vulg. §. penult. inst. de pupil. (k) L. 1. §. penult. ff. de verb. obligat. l. usus 20. l. placuit 29. ff. de usuris. (l) Di. l. verbis. (m) Di. l. in pupillari. (n) Di. §. masculo. (o) Princip. inst. de pupill. (p) L. 1. quod favore, Cod. de leg. (q) L. cum filius 29. ff. de milit. test.

substitui potest, fœmina usque ad duodecim annos, & si hoc tempus excesserint, substitutio evanescit (n). Nec evanesceret, finitur, frustravè fieret, si lapso eo tempore, veluti fideicommissum staret adiuce. Contemplor patria potestate nullam ob aliam causam id sibi parentes vendicare, nisi pupillorum favore, qui sibi hæredem scribere nequeunt (o), cur eos proprio gladio jugulamus (p)? cur (quod nemini licet) (q) filiorum jus immitti ultra legem parentibus damus. Addo, & hanc appendiculam; duo contraria in eodem (ut inquit) subjecto, nec philosophus ullus, nec jurisperitus votis unquam fuit directum, & obliquum, qui sunt diversi, & contrarii ad hæreditatem tramites (s); quo duplici jure, eoque discrepante valere eam nunquam flectar, ut existimem (t), quippe verba fideicommissi desiderem, sine quibus haud dabo reperiri fideicommissum (u). In testatoris voto id non fuisse autumo, qui directum hæredem facere est arbitratus (x), & onere hæredem levare malo, quam premere (y). Verba captas, inquit, voluntatem negligis (z); scis optasse testatorem extincto impubere omnia bona substituto cedere (a); negabis eundem voluisse, pubertate incepta saltem suis propriis substitutum potiri? Quid ni negem, si desunt conjecturæ (b)? nec patitur ambiguitas, cum substitutio pupilli sit favor (c), fideicommissum vero gravamen (d); suffragii calculum in eum ferti (e)? Nec me ex secura hac statione deficient libertatis exempla à Juliano, Ulpianoque mutuata. Ait ille: Et ideo licet directa libertas deficiunt, attamen ad fideicommissarias eundem est (f). Quid hinc? nempe cum desiderio tenemur emittendi servum, cui directa libertas dari nequit, dandam (quod possumus) (g) obliquam. Si quid hoc nos pungit, oculum mihi, ut cum Comico dicam; excludito: patiar; alter vero nostris subjicit oculis duplicem speciem, in qua libertas directò data ad fideicommissariam devolvitur. Ait: Quomodo si spontè adisset, cogeretur præstare fideicommissariam

(r) L. 1. Cod. de furt. (s) L. fin. Cod. de codicill. (t) Argumento legis cum qui 23. ff. de usucap. (u) Ulp. in fragm. tit. 25. l. quidem cum filio, ff. de hered. instit. (x) L. 1. ff. jur. codic. l. illud, §. tractari, d. rit. l. coheredi, §. cum filio, vers. qui ita locum habent, ff. hoc tit. l. fin. §. illud, C. de codic. (y) Juxta l. Titia 34. §. in vita, l. unum ex familiaria 67. §. si rem, ff. de leg. 2. (z) Contra l. 2. Cod. commun. de leg. l. pater Severinam 102. l. in conditionibus, ff. de cond. & demonstr. l. 3. Cod. de lib. præter. l. 62. ff. de leg. 2. (a) L. sed si plures 10. §. ad substitutos, hoc tit. (b) L. quidam cum filio, ff. de hered. instit. (c) L. pupillus 18. ff. de acquir. hered. (d) L. coheredibus 39. §. cum filia, ff. de vulg. (e) Juxta l. si quod favore, Cod. de legibus. (f) L. si ei qui 2. §. codicil. de jur. codicil. (g) L. libertas 16. ff. de fideic. libert.

CAPUT IV.

Nullis posse fieri, qui in potestate non sint, recasuris verò in alienam, neque à milite quidem fieri.

Nostro Imperio subjiciunt liberos justæ nuptiæ (a), & adoptio (b); iis ergo pupillares tabulas exatate nostri juris est (c); nam ex patria potestate est hæc facultas, Quamquam haud desint nugi polyloquides, qui se legis clamittant; matrem & pupillariter filiis substituere (d); & tutorem, iis substitutis dare (e); quod nisi ii, qui jus patriæ potestatis habent, non possunt (f). Cui tamen ignotum hujus potestatis matrem expertem? Ipsemet pater posthumum hæredem scribit (g). Posthumus vero huic potestatis jugo colla haud unquam submittit; prius Lachesis parentis stamen incidit, quam matris ventrem Lucina, in quo, dum transigit, matris est portio (h). Præter voces hic, nihil commodum posthumi est hæredem habere, & cum igitur natus leges ducunt (i); deduc & in patris potestate: redi modo ad matrem; tutorem illa dat instituit, sed adde hunc Præsidium confirmatione egere: negatio quædam, quæ Imperatoris rescripto adest, magna est, inquit, remora; vide Cujacium; vide emendatos Codices; spongia debilis; lingua debet, qui appinxit. De sententia autem Africani, sic habe, loqui eum de vulgari, non autem pupillari substitutione. Aut pupillarum tabularum mentio? Non quidem nos destinet; habet ea effigiam pupillaris, quippe filius non instituitur nisi post decimumquartum annum: At verè pupillaris non est; patria ergo potestas necessaria. Non obstat exheredatis in secundum casum substitui (k), quos hac ex potestate depulsos; emancipatos videri testatur Ulpianus (l). Recte videri; nam & si mortuus quoad successionem censetur exheredatus, non tamen quoad patriam potestatem, licet emancipato adsimiletur, cum in eum danda actio est de eo, quod ante exheredationem gessit. Vido hoc prælio, vide quam latè diffundatur præda: Extraneis dari hæredem veterum esse (m). An & naturalibus? ii qui-

riam libertatem (h). Libro autem quinto fideicommissorum subdit: Si quis servo pignoratam directam libertatem dederit, licet videatur jure subtili inutiliter reliquisse: attamen quasi ex fideicommissaria libertate relicta servus petere potest, ut ex fideicommissio liber fiat (i). Sed ne diu in errore vos detineam, liber & verba referre ibidem ab eodem Ulpiano subscripta: Favor enim libertatis suadet, & infra: Nec enim ignotum est, quod multa contra juris rigorem pro libertate sint constituta. Non idem favor in substitutionibus; adde quod superiori casu necesse id fuit, ut voluntas in restituenda hæreditate testatoris adimpleretur: servo restitui nequit, nec capax ibi directæ libertatis servus; ergo in fideicommissaria refugium. Nec obest, quod nos arctius mordere videtur, ex Scævola: sententia pupillarem directò famam in codicillis ad obliquam perducit (k). Sano enim cuique cognitum, benigna interpretatione receptum, ut quiddam directò in codicillis relinquatur, præcario relicto esse videatur. Haud licet hoc ad substitutionem testamenti ei personæ, cui non potuit, factam transferte: in eo, quod directò scriptum est, aud aliquatur. Nec si potuit testator angustiores substitutioni assignare limites, & cancellos (l), idem & latiores; laxioresque; substitutionem, vel omnino omittit (m); in ejus arbitrio longius autem tempus assignare, id vero nefas; & si hodie Pontificum indulgentia contendunt nonnulli laxatum in testamento Rainuntii, in quo Alterocham, ejusque sobolem adjectæ substituit (n). Verum nunquam, quod viderim exprimitur, ibi directò factam esse substitutionem, sed verbo demtaxat communi succedendi, quod quid mirum, si ut obliquum accipiatur? Nec titubet quis, si videat Innocentium Summum Pontificem directam substitutionem ad fideicommissariam non nunquam trahentem (n); nam non crebro, neque ex more, usque §. Glossa (o) annuit cum exemplo directæ militaris, in qua tamen fallitur, & directæ in codicillis facta videtur. Secus qui putant; lapidem mordent: Ego aliud saxum volyam.

(h) L. Cogi 16. §. sed si servus, ff. ad Trebellian. (i) L. generaliter 24. §. si quis servus, ff. de fideicom. lib. (k) L. Scævola, ff. ad Trebellian. (l) L. si ita quis 21. ff. hoc tit. (m) Cap. Raymundus, extra de test. §. 2. (n) Cap. 1. de test. (o) Di. cap. 1. (p) Princip. inst. de pat. potestat. §. penult. instit. de pup. l. ita in potestate, §. l. seq. ff. de his qui sunt sui, §. l. Paulus, ff. de stat. hom. l. si quis (q) Di. l. 1. av. 3. 4. ff. de adopt. l. 1. C. eod. princ. inst. eod. (r) L. 2. l. sed si plures 10. §. in arrogato, ff. hoc tit.

(a) L. si mater 33. ff. hoc tit. (b) L. 1. Cod. de test. tut. (c) §. permittimus inst. de tutel. (d) L. 12. ff. hoc tit. §. 4. inst. de pup. (e) L. 1. §. ex hoc rescripto, ff. de vent. insp. (f) L. qui in utero 7. ff. de stat. hom. l. intelligendus, ff. de verb. signif. (g) §. non solum inst. de pupill. l. 1. §. fin. l. si is, qui ex bonis 6. l. sed si plures 10. §. ad substitutos, ff. hoc tit. (h) L. 1. §. sed et patris eorum, l. 2. ff. quod cum eo. (i) §. ult. inst. de pupil.

quidem in patria potestate non sunt (n). Sed tamen Paulus secundas ipsi tabulas posse à parente conscribi asseverat (o). Fabulæ, nihil unquam tale Paulus, nec vel reperies (p), vel tanquam à scoliis cujuspiam infausta, & infesta manu suppositum expungendum. Ergo nec ipsis hæres à patre; nec emancipatis profectio; nisi à milite obstrepunt (q)? ineptha surratiō; at Triphonius pedem firmat: si quidem de militari loquamur; quid? exheredatum filium proponit: nil tale: seponere verbum, *exheredato*, & superiori adscribe orationi, scripturam sic conficies rectam, & sententiam; sequere. Nec nepotibus in alienam potestatem recasuris: cur, inquit, cum impubes, & in potestate sit? quia alia causa ipsi non testandi, quam impubertas; nempe filium familias esse (r). At pater, quem natura dedit, pupillo in adrogationem dato substituit, eoque longè à pubertate mortuo substitutus admittitur (s); cum tamen pupilli paternum dominium adrogator sibi jure adscribat. Quidni substituat, & utiliter? pubertas, & adrogatoris fides id faciunt: illa quia tardius morte: hæc quia morte pubertatem prævertente adrogati bona se illis restitutum cave, ad quos nulla facta adrogatione pervenissent (t). Sed minora hæc, & tenuioris filii: Illud difficile, quo scilicet tempore filii in potestate esse debeant: paternæ mortis dumtaxat maximè probabile; siquidem testamentum ab eo tempore incipit, ante enim filio haud permissum testamentum habere; sed & expendamus Ulpianum: *Si extraneum quis impuberem heredem scripserit, poterit ei substituere, si modo eum in locum nepotis adoptaverit, vel adrogaverit, filio præcedente (u)*. Sufficit post factam substitutionem adrogari extraneum; ergo tempore facti testamenti, nùm in potestate fuerit, haud curandum, Papinianum quoque examinemus: *Cum filie, vel nepoti, qui locum filii tenuit, vel post testamentum cepit tenere (x)*. Post testamentum? quid igitur tempore testamenti potestatem morosi requirimus? Hac in navi transfretare Bartolus cupit, sed contra torrentem brachia dirigit: Audi: *Si quis ex mortis quoque tempore non fuit in familia, substitutio pupillaris fit irrita (y)*. Dicimus, quoque, & aliud igitur tempus: quale profectio nisi testamenti facti? *Id duobus tem-*

poribus inspicitur, testamenti facti (Inquit Florentinus) (z) ut constitit institutio, & mortis, testatoris, ut effectum habeat; Papinianus autem alio eum impellet, ac ire putat. Nepos enim, de quo Jurisconsultus, semper in potestate fuit, & si non semper patris locum tenuerit. Nec ab Ulpiano secundus status, qui haud contendit ante adrogationem datum heredem; sed adrogatione secuta. Nemo ex intervallo substituere prohibetur (x), debuit sane Bartolus Ulpianum ex jure interpretari (z), eamque accipere explicationem, quæ vicio careret (z). Contempsit; ad arenas alidit; at qui habet filius patre vivo testamentum? sanè non habeat, ut tamen eo mortuo habeat, dum pater illud exarat, filius in potestate sit necesse est. Quare consilium, ut gladiatores, in arena capiamus, & destituito Bartolo, portum petamus, nam

Furor est post omnia perdere naulum.

CAPUT V.

Patrem necesse habere nominatim instituto, vel exheredato filio, justum, & solemne sibi condere testamentum.

Initat modo discrimen haud parvum inter caligatos homines, ac togatos: Plura his imminet; illis pauciora. Quid hæc? Togatus haud filio dabit successorem, si sibi prius justo, solemnive testamento non signaverit (a); filii testamentum dicitur, paterni testamenti appendix; sequela, pars, secundæ tabulæ (b). Qui ergo extet, ni præcat, quod primas tenet? Caret his molestis caligatus; filio heredem scribit, tamen si sibi non scribat (c). Datum hoc ensi, & ferro, datum imperitiæ (d). At noster Paganus mirum quas in angustias trudatur. Ni testamentum effectu comprobatum; ni prius heredem sibi scribat, ni filium nominatim instituat, vel ut oportet exheredet; aquam ingerit in cribro (e). Sunt qui laxiores ei vinculoz compagine indulgenti; remittunt expressam institutionem tacita contenti, securi Ulpiani, & Scævollæ suffragio; quibus hæc verba: *Si filius heres non erit, satis superque sunt (f)*. Exheredationem pellunt, ut qui exheredato substitutionem fieri pos-

(n) §. penult. inst. de nup.
 (o) L. Lucius 95. §. alter ff. hoc tit.
 (p) L. 2. hoc tit.
 (q) L. miles ita 91. §. penult. ff. de milit. test.
 (r) Princip. inst. quibus non est permissum fac. test.
 L. qui in potestate 8. ff. eod. l. penult. C. eod. §. primo, inst. per quas person. &c.
 (s) L. causa 90. hoc tit.
 (t) L. non aliter, ff. de adopt. §. cum autem, instit. not.
 (u) L. 2. §. sed si extraneum, ff. hoc tit.
 (x) L. cohered. 41. §. cum filie, hoc tit.
 (y) L. cohered. 41. dict. §. cum filie.
 (z) L. si alienum 49. ff. de hered. inst.

(1) L. si quis eum, §. ult. ff. de vulg.
 (2) L. 6. ff. de solut.
 (3) L. in ambigua, ff. de legib.
 (a) L. 2. §. quisque, ff. hoc tit.
 (b) §. liberis, inst. de pup. l. sed si plures 10. §. ex asse, ff. hoc tit.
 (c) L. 2. §. quisque, ff. hoc tit. l. in fraudem 15. §. penult. l. Miles 41. §. fin. ff. eod.
 (d) Princip. inst. de milit. test. l. 1. ff. eod.
 (e) Dict. l. 2. §. quisque, §. prius autem, §. sed si in princ. ff. hoc tit.
 (f) L. ex factis 19. l. si quis ita hered. 82. ff. de hered. l. 3. §. si libertus, ff. de bonis liber. l. Gallus in princ. ff. de liberis, & posth.

posse non probent; ea est secunda institutio (g): ergo instituto tantum faciendæ: surdo fabulam narrant: nonne rectè secunda institutio dicitur, si alter prius fuerit institutus? Exheredandus igitur filius. Alioquin si obli-vioni mandetur, intestatus decedet parens; obritaque manebit substitutio more animæ, ut inquit Satyricus (h). At de institutione errant; si calculus illorum Jurisconsultorum habere putant; ex conditione haud unquam surgit institutio. Ergo ad has juris aras libasse saltem; monstremus, ad quas cum libasset ii Jurisconsulti, institutionem ritè factam censuisse eos, nostrum est existimare; vel in fossam decidere. Hæc nunquam à Pagano amovenda; sed & strictiores imminet angustie; infunde in animum hæc Jurisconsulti: *Prius autem sibi quis debet heredem scribere, deinde filio substituere, & non convertere opinionem scripturæ. Ceterum si ante filio, deinde sibi testamentum faciat, non valere (i)*. Video quid hæres: nempe ea verba ejusdem Jurisconsulti ruminas; quibus sibimet clavum injicit, & oblitus superioris sententiæ ait probari, licet conversa scriptura filio prius testamentum fecerit (k). Hic tempora digito scalpenda; rodendi unguis, cadendus pluteus, & merib. Non constat sibi Ulpianus? difficultiores se præbent Autores in eo vel excusando, vel explicando; Inquit Ulpianus eam sententiam descripto Imperatoris ad Luppum Britannii Presidem comprobata, improbatam legit Goveanus opinionibus cunctorum ad rubram lineam examinatis (l): Utinam tam verè, quam donec. Sed Accursius converteri ordinem, si exheredato substituat, ait haud oportere; ut & nihil referte, si instituto. Desiderat hic universi rationem, & suppetias fert Donellus (m); quia nempe ipsamet pupillaris clausula, quum instituto fit, institutum esse demonstrat: adhaere Cujacius (n). Sub alioquoque Accursii vexillo doctissimus, cui

Et meliore lato finxit præcordia Tisan

Joannes de Solorzano militatur, sentitque ordinem spectari, quum diversis, separatique clausulis sibi, filiove heredem scribat, si vero uno orationis filio ambobus testamentum faciat, posthabendum, velut in conjunctis (o). Quid Duarenus? pete à Pichardo (p); dicit, dogma firmum, & stabile esse, prius sibi, deinde filio faciendum esse testamentum; sed & ex-Obras Posthumas:

ceptionem adjunget. Exceptio ea est, si eodem tempore, iisdemque tabulis testamentum utrumque fiat. Cui plaudam, quæris? dicere non lubet, quia non liquet. Quid frustra de his, quid inanibus obstrepis? Clamatur à tergo; quasi verò illud requiratur à parente sibi testamentum fieri; quis nescit paria esse nullum fieri testamentum, vel rumpi, irritumve declarari (q)? Et tamen scimus, vel non additione, vel filii præteritione, vel bonorum possessionis petitione infirmato testamento, virescere adhuc secundas tabulas, & manete inconcussas, inafflictasque. Haud dictis fides? Excipite auribus Ulpianum: *Plane si omnia causa principalis testamenti, abintestato possideatur hereditas, dicendum est & pupillo substitutum servandum (r)*. Sed & Africano indulgete: *Etiam si contra patris tabulas bonorum possessio petita sit, substitutio tamen pupillaris valet (s)*. Adum de nobis, si nos quidem latitaret, à Prætorè, cum quibus omissi testamenti causa ab intestato hereditatem possidet; testatoris voluntatem defendi, ac si hereditas esset adita (t); ergo & imam ceram servari: sicque ignoremus contra tabulas possessione concessa, vel haud immutari quæ liberis data sunt: inter quæ & secundæ tabulæ (u), vel non infirmari testamentum, quod non possit Prætor, à quo possessiones, ut nec heredem facere (x). Nec obstat quod Imperator alibi ait, æquè ad intestati causam redire eum, contra ejus tabulas petita est bonorum possessio; ac si querela frerit testamentum (y), quo casu omnino vires amittit suas, & rumpitur (z). Non obstat inquam, quoniam Imperator impropiè loquitur. Nec idè accusandus; idem alibi factum (*). His clypeis haud opis hodie, nam Justinianus hereditate quantumvis non adita, nullòve, præteritionis causa, herede existente, cuncta tamen salva esse admittit (**); Quæ igitur opponentur fatua omnino, & æs Didoneum.

CAPUT VI.

Compendio factam à Milite post pubertatem jure directâ militaris valere.

Placuit Romanis legum-latoribus Milites ob egregiam, quam Reipublicæ navant operam, atque ob juris imperitiã, quæ ab armis vix sejungitur, unã cum stipendiis, pri-

suis, & l. hered. l. si nemo subit. 142. ff. de reg. jur. l. si nemo 9. ff. de test. tut.
 (1) L. 2. §. plane, ff. hoc tit.
 (2) L. ex duobus 34. §. fin. ff. hoc tit.
 (3) L. 1. ff. si quis om. caus. test.
 (4) L. 1. ff. de leg. præterand.
 (5) §. quos autem, inst. de bonorum.
 (6) L. ut liberis 17. Cod. de collat.
 (7) L. Papinianus 8. §. fin. ff. de inof. tes.
 (8) L. 1. Cod. unde liber.
 (9) Austent. ex causa, Cod. de lib. præter.

(g) L. ex factis 43. §. Lucius, ff. hoc tit.
 (h) Princip. inst. de exhered. lib. l. inter 30. ff. de lib. & posth.
 (i) L. 2. §. prius, ff. hoc tit.
 (k) Dict. l. 2. §. sed si quis ita.
 (l) Libr. 1. var. cap. 8.
 (m) Lib. 6. Comment. cap. 25. verb. solemne in fin.
 (n) In dict. l. 2. dict. §. prius.
 (o) L. quidam cum testamentum, ff. de pup.
 (p) In §. liberis, n. 15. inst. de pup.
 (q) §. 1. inst. de heredib. qui ab intest. l. 1. ff. de

vilegium quoque liberius testandi dum in castris agunt, promerere (a). Hinc interpretam legiones sedatio incedit; nullis novis causis, nisi quod restatio Centurio filio impuberi compendio sermonis substituit, & quo jure post pubertatem valeret, licentiam disserendi ostendit. Fideicommissi volunt Cujacius (b), & Goveanus (c). Currunt ad arma ceteri, obstrepit vulgus, directo jure sustineri diversis incitamentis: dictum à Papiniano (d), capi à substituto fructus in hereditate inventos; dictum capi & bona patris; non ergo de fideicommissaria restitutione loqui (e), in qua nec hi fructus veniunt, nec capit heres hereditatem, sed ut ei restituatur expectat (f). Verum & illud scriptum, directo factam esse substitutionem, & privilegio militari sustineri (g). Quare post pubertatem, si potuit substituere directo, & substituit, directo (h) non valuit? Præsertim cum ad fideicommissum trahi nequeat, quin ad jus commune invito mehercule Papiniano. Mox Imperatorem, Pontificemque adtestantur, quorum ille ait, veluti ex causa fideicommissi valere (i); ergo non ex fideicommisso; non est idem quod est simile. Alter verò cum verbis congruat, accipi semper directam substitutionem debere (k); sed & à Pagano factam post pubertatem, fideicommissum censi (l). At à milite? Quis dubitet esse directam? His hujus partis incenduntur animi. At Cujacius è contra, & Goveanus, quorsum Papinianum dixisse Patris dumtaxat bona capiendâ, fructusque in hereditate inventos (m), si in directam venire dubitari haud fas, illudque sit fideicommissi proprium (n), cum directus substitutus filii quoque bona sibi vindicet (o), nisi ut fideicommissariam esse noscamus? Post pubertatem directo substitui frustra (p), frustrâ dictum, si cum effectu à milite fiat. Non probaturum Imperatorem, si directa, à matre hereditatem obtineri, hoc est, jure teneri; bona ex ea peti, quod fideicommissarius facit (q); ex causa fideicommissi valere; & tamen scribi ab eo factam à milite substitutionem, veluti ex causa fideicommissi valere, substitutumque bona patris à matre petere

hereditatem obtinere (r); ergo de fideicommissaria. Qui, si potest jure communi valere invidiam vel sibi suo privilegio miles conciliare (s)? imò nec sibi velit, possit, cui privilegium ita concessum, ut jus alterius haud lædat (t), & læderet profecto, nam Civi Romano testamenti factionem adimeret. Sit igitur hæc ejus privilegii vis, ut quæ alioquin excideret; & collaberetur substitutio, fideicommissi fulcro sustineatur. Verum hæc si in trutina librentur, cœlum continuo petant, levia omnia; & tenui glacie fragiliora, quibus prudens non insinat. Datum militibus, ut compendio sermonis substituunt, & directam vim ea substitutio habeat. Sed & in ea hoc proprium, ne alterius jus invaderet, patris tantum, non autem filii bona complecti, cum iis fructibus, quorum controversia facile potuit excitari, nempe quos legitimi hæres instituti collegerunt, idque ex causa quasi fideicommissi, ut Diocletianus ait, non porro ex fideicommisso. Vis fideicommissi, hujusque substitutionis videre similitudinem? inspice res; eadem sunt in ambobus: mox temporat; in ambobus post tempus restituuntur, deinde personas; mater petitione hereditatis tenetur. Jure itaque filii hereditatem, ut Diocletianus ait, obtinet, & ab ea substitutus mariti bona peti; jus sibi nulli fas dicere (u), ergo nec violenta manu substituto bona patris, quæ mater occupaverat, arripere; sed vindicet, suaque esse vocitet; potest; audietur. Levis igitur, ac prorsus inanis causa Cujacio ab aliis discrepandi, à quo, bonum factum, si ceteri desciscant, aut hoc federe paciscantur, ut faeces, & arma submittant, & hanc Centurionis substitutionem directam esse ultrò concedant.

CAPUT VII.

In hanc Centurionis substitutionem fructus eos venire, quos filii legitimi hæres collegerunt.

AT quid de fructibus? & hic trix: sunt unicuique sua judicia; sed multi semitam ingrediuntur, cum maximè censent viam.

Res.

(a) L. 1. testamenta, ff. de milit. test. l. 1. 3. Cod. eod. l. ult. in princ. ff. de jur. liber. l. hereditas 34. l. ex facto 35. ff. de hered. instit. l. miles ita 41. ff. de milit. test. §. miles ins. eod.
(b) In l. Centurio 15. ff. hoc tit. in eadem l. ad lib. 8. Resp. Pap. §. 12. Obser. 35.
(c) In d. l. Centurio, §. lib. 1. variarum, cap. 2.
(d) Dist. l. Centurio, ibi: cum fructibus inventis in hereditate, & ibi jure communi capies.
(e) L. in fideicommissariam 18. ff. ad Trebell.
(f) L. cum hæres 13. ff. de acq. pos. l. 13. §. 151. ff. de reg. jur. Alciat. in l. aliud est capere, ff. de ver. sign. §. restituta, instit. de fid. hered.
(g) D. l. Centurio, ibi Directo substituit, & ibi ex privilegio militum.
(h) L. ejus 34. l. militibus 2. l. milites ita heredem,

ff. de milit. test. l. quinquæ, Cod. eod.
(i) L. precibus 8. Cod. de impub.
(k) Cap. si pater, de testam. in 6.
(l) Cap. Rainuntius extra de test.
(m) D. l. Centurio, ibi patris dumtaxat.
(n) L. cohæres, §. quod si heredem, ff. hoc tit.
(o) L. sed si plures 10. §. filio, ff. eod.
(p) L. verbis 7. ff. eod.
(q) L. mulier 21. §. non est, ad Trebellian.
(r) Dist. l. precibus, ibi à te peti & ibi veluti ex causa fideicommissi & ibi te ejus successionem obtinente.
(s) L. quamquam, l. in princ. Cod. de milit.
(t) L. 2. §. merito, §. si quis à Principe, l. ex facto 43. in princ. hoc tit. l. cum filius 28. ff. de milit. test.
(u) L. extat 13. ff. de eo quod mes. caus. l. si quis 7. Cod. unde vi.

Res omnis petenda ex iis Papiniani verbis: *Cum fructibus inventis in hereditate*; quæ quidem facile nobis imponant, & non sentientes ad fideicommissum deducant. Præcavendum igitur, & fax præmittenda, quæ has tenebras depellant. Fructus in fideicommissariam restitutionem veniunt, quia augent hereditatem, ut à testatore percepti (a), vel eo langente maturi (b), vel ante aditam hereditatem collecti (c). Alii ut veniant partim jus faciunt, ad fideicommissum si forte minutum, supplendum (d). Partim; ipse testator, si nominatim, ut fructus restituat, ab herede desideret (e). Nominatim? quid, si quicquid ex bonis supererit, vel quantumque pecunia ex hereditate pervenerit, edixerit; parendum, & in fructibus (f). Ah cavc.

= Et digito comperet labellum

instillat aliquis. Adstat Papinianus, adstat Modestinus. An ne istud contrarium? dic sedes. Quidni. Cedo verba: *Quicquid ex hereditate, bonisve meis pervenerit* (g). Haud ista contraria; nonne audis addidisse testatorem in bonis suis, quod haud in superiori factum? nec mirum si de fructibus nihil; si non ejus bonis, sed ex hæredis percipiuntur. Admonitum me vis alterius Papiniani sententiæ, qui superfluos fructus, ait, non restituendos, si in testamento sic fuerit scriptum: *Quod ex hereditate supererit, cum morieris restituas* (h): Quid dicam: fumus in oculis meis hæc Papiniani verba; & ne alterutri abroganda fides sit, abrogabo potius cum Cujacio (i) receptam lectionem; scribamque *superfluos fructus esse restituendos*, alioquin haud pro te hanc adduxisset Papinianus rationem: *Cum ea verba diminutionem quidem hereditatis admittunt, fructuum autem additamentum non recipiant*, quæ, ut ille ait, significat, hæredibus; iis verbis datum uti hereditate, nec de ejus diminutione inquiri, fructus vero minime permissos. Ita discrepta pugna. Tamen ne quid mentiar, non nimium id placet, potius quæ siverim cum Donello diverticulum in ipsismet testatoris verbis. Dixit *quod supererit ex hereditate*, fructus vero ex hereditate non supererit, cui accepto non feruntur, sed re-

bus (k), quia ea verba diminutionem quidem patiuntur, fructuum augmentum nequaquam. Verum me ipse sufficiens; Ad rem redeo.

Facit quoque testator ut fructus restituantur, cum diem in fideicommissarii gratiam fideicommissò apposuit (l). An & alii restituuntur? præter post moram collectos, nulli (m). Mora autem fit ubi postulant non datur (n); ergo nec antequam fideicommissarius hereditatem petierit, nec medio tempore percepti redduntur; (o); imputantur hi quidem in quartam (p), licet non illi; nec dicas repetente eos venire in restitutionem, quoniam, & si verum est quartam iis compleri fructibus, qui quasi hereditatis appendix sunt, & auxiliares (q); Illud tamen observatur in Trebelliani Senatusconsulti quartam congeri quæcumque judicio testatoris capiuntur (r); fructus vero medii (ut iniquum) temporis cum judicio testatoris differantur (s), quid mirum si in restitutionem veniant? ex hac luce, & illud clarum: quos fructus sibi substitutus poscat. An fortasse qui augent hereditatem, defunctique fortanas non paucos pedes absunt à vero, qui putant; nam quid opus de fructibus exprimere, si bona defuncti ad substitutum pertinere jam dudum scriptum, receptumque (t)? si ergo restitutioni sunt obnoxii, quos haud potest fideicommissarius consecrari: nempe eos, quos legitimus instituti hæres, antequam substitutus bona petierit, collegit. Audite paradoxam inquit, nonne id expressum, dictumque superius, restitui non oportere? ne id increpes, vel objurges: non hic de fideicommissaria hereditate quæ dum non petitur in fiduciarii hæres, & fructus qui ex illa. At legitimus hæres nullo jure Centurionis filio mortuo paterna bona occupat; statim enim ad substitutum, & si non petat hæc directi juris vis. Ob quæ, & fructus ad eundem (u). Haud desunt qui lacinia pallii me revocent, monitumque velint intellexisse Papinianum de fructibus in hereditate patris inventis, quod ea verba dubio circumada ad testatorem debeant referri (x). Quos audire, haud è re mea est: novi enim vera ab eis dici, cum de testatoris verbis ambigitur, cum vero de Jurisconsulti nequaquam. Igitur si fructus subs-

N 2

(a) L. ita tamen 27. §. 1. in fin. ff. ad Trebellian.
(b) L. in ratione, ff. ad l. falcidiam, l. si fraudator 25. §. Proculus, ff. que in fraud. cre. l. fructus pendentes, ff. de rei vind.
(c) L. item. 20. §. 3. vers. Fructus, l. sed & si lege, §. ult. l. ancillarum, ff. de hered. petit.
(d) D. l. item. 20. §. fin.
(e) L. in fideicommissariam 18. in princ. ff. ad Trebell.
(f) L. 3. §. nonnumquam, ff. de usur. l. balista 30. ff. ad Trebellian.
(g) L. hæres 57. in princ. ff. ad Trebellian.
(h) L. deducta 58. §. penult. ad Trebell.
(i) 12. Obr. 10. §. ad Papin. lib. resp. 9. in d. l. deducta.
(k) L. in fideicommissaria 18. §. quoties, ff. ad Trebell. eod.

(l) L. 3. §. cum Pollidius, ff. de usur. l. si ita 43. §. Pegasus, ff. de leg. 2.
(m) D. l. in fideicommissaria in princ. l. mulier 22. §. si hæres, l. postulant 44. §. penult. ff. ad Trebell. l. 3. in princ. ff. de usur.
(n) Paulus in calce, lib. 3. sent.
(o) D. l. 18. §. quoties, & d. l. mulier 28. §. alia causa.
(p) D. l. melior, d. §. alia.
(q) L. equis 8. ff. de usur.
(r) L. in quartam 91. ff. ad l. falc.
(s) D. l. mulier, d. §. alia.
(t) Hac nostra l. Centurio 15.
(u) L. 2. l. item veniunt, §. item non solum in fin. ff. de post. hered.
(x) L. cum in testam. 28. ff. de aur. & arg.

substituto cedunt, qui omnino fiduciarit hereditas suppellectilem auctum irent, percepti nimirum antequam bona patris peterentur.

CAPUT. VIII.

Pupillari substitutione expressa matrem excludi.

Pletas nunc & miseratio, ob quae parentibus, si contingat filium hoc corporis carcere prius emitti, ejus debetur hereditas (a), admonet nos ut despiciamus, num pupillaris expressa, vel quae compendio facta est, matrem à filii hereditate importunè arceat! Sed ne fortè nos in cursu remoretur, aut sufflamet morosula objectio; tacitam esse quam complectitur compendio rationis facta substitutio; libet primam de ea sic statuere: expressam substitutionem dici, vel quia verbis propriis facta est, videlicet, *si haeres erit, & ante pubertatem decesserit, vel quia sub quadam generalitate verborum exprimitur, exempli gratia, quoadcumque decesserit, & hoc modo expressa dicitur, quae compendio facta inest. Hinc Imperator de substitutione à milite facta: Si vero, inquit (b), substitutio in secundum casum vel expressa, vel compendio, non usque ad certam aetatem facta reperitur. Non ut expressam alteri illi ex adverso poneret, sed ut discrimen agnosceret inter propriis verbis scriptam, & generalibus; nec nos alio flectere potest scitula quorumdam conclusio. Inquit Jurisconsultus à Divo Marco constitutum, ut pupillaris vulgari inesset, & hæc illi invicem, & subdit: *Quod jus ad tertium genus tractum est* (c). Quid illi? si idem jus tractum est, ergo erit tacita, quia, quæ se vulgari insinuat, tacita est: sed astute potius, quam verè. Jus illud tractum est, ut reciproca utrumque teneat casum: sed diverso quidem modo, ac vulgaris simplex; nam cum ea verba, *si haeres erit, præter vulgarem nulli convenient, necesse quidem fuit intelligi pupillarem, sed tacite: non hic item, reciproca verba nullam exprimitur, ergo unicuique possunt adscribi: hinc aperi rationi januam, vlderbis expressam pupillarem esse, quæ sub reciproca. Remoto, seu fracto hoc repagulo, exorbitare, eorumque, qui non omnino fidei litantur, semitam ingredi, nolo, sed tritum, & calcatum iter sequi; nempe, matrem pupillari expressa excludi; me vide, & nullam hic divisionem. Mater non dicit inofficium, quia patris testamentum est (d), ergo excluditur. Falsò (inquit) hæc colligun-**

tur saltem in quarta, quæ matri leges tribuit, nam & frater querelam habet turpi instituta persona, non legitimam (e). Falluntur, legitimam habet, cum hæc turpis persona intervenit, hinc querela; voluerunt Justiniani novas constitutiones; reperient (f); diversiculum fortassè hoc querent; haud à matre dici inofficium; sed petere posse, quæ à filio præterdit conditione ex lege (g). Fores occlusæ sunt, id facere potest cui & querela præstè est (h), procul querela? Ergo & illud vetitum, Trepidat adhuc & nitat? age age, majora suppeditabo falera: Mater (inquit Paulus) ad hereditatem admovetur, quia substitutio ad casum non existentium hereditatem pertinet (i); si ergo pupillaris fuisset, non certe mater, sed substitutus. Verum vide quæ & Imperator: *Facta substitutione pupillari, vel expressa, vel sub compendio, si filius ante pubertatem obierit, eos habeat heredes, quos ei pariter dicitur* (k)? quod si Imperatorem, & Jurisconsultum testes elevat, quid faciunt Pontifici, qui his ipsissimis verbis rescribit? *Licet autem filius testamento suo matrem portione jure naturæ debita privare non possit, pater tamen in testamento, quod filio impuberi facit, potest, nam testamentum hujusmodi pupillare, paternum, vel paterni potius pars est* (l). Ergo per alium id agam, quod non per me (m)? Quidni? nam & si tu nequeas (n), haud tua id indulgentia pater, sed legis autoritate (o). At nonne suo jure privabitur mater (p)? Minimè: nullum habet jus mater nisi in testamentum filii; à quo saltem legitima repelli nequit; sed pupillaris substitutio, tabella, & linum patris sunt (q). Turpe quidem parentis privilegium exclamas, qui secum matris, & detrimentum aufert, & damnum (r). Tempera vocibus; monstratum satis, nullum hic, privilegium, idque ex maracissimo jure patri datum; hæc patria potestas, hoc mores, hoc lex: Esto. Sed quare in Justiniana mater substitutione, quæ vivum præter pupillaris exemplum (s), non excluditur (t)? quia non in omnibus similitudo. Itaque propterea manus tollere, faterique repulsam matris, nam

Quod modo proposui non est sententia, verum est Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.

CAPUT. IX.

Matrem tacita pupillari non excludi.

Idem esse in ea, quæ tacite inest vulgari expressæ, nonnulli protendunt. An & verè acris iudicii res est. Aurea tamen faciles præ-

(a) L. nam etsi 15. in princ. ff. de inoff. test. l. scrip-
to hæredes, §. fin. ff. und. lib.
(b) Diç. l. precib.
(c) L. 4. in princ. §. 1. ff. de vulg.
(d) L. Papinianus 8. §. hæc impuberis, ff. de inoff.
(e) L. frater, Cod. de inoffic. §. sent. inst. eod.
(f) Auth. de hæred. & falcid. §. primum itaque.
(g) L. omnimodo, ff. de inoffic.
(h) D. l. omnimodo.
(i) L. Lucius 45. ff. hoc tit.
(k) D. l. precibus.
(l) Cap. si pater, de test. in 6.
(m) Contra l. neque per se, Cod. de hære. Inst. l. mi-

nor, §. fin. ff. de procur. l. nemo plus, ff. de reg. jur.
(n) Auth. Presbyteros 122. Cod. de Episcop. & Cleric.
(o) Si filius tuus Cod. inoffic. dotibus.
(p) D. l. 2. hoc tit. princ. inst. de pup.
(q) Contra l. paterfam. ff. de hære. instit.
(r) Ut rectè probat d. l. Papinianus, §. sed nec im-
puberis.
(s) Contra l. impuberi 40. ff. de administr. tut. l. cum
filius fam. 28. de milit. test.
(t) Princ. inst. de pup. l. humanitatis, C. de impu-
beris.
(u) Diç. l. humanitatis juncta auth. defuncto, Cod.
ad Senatusc. Trebell.

præta: paucis expediam. Primum casum; si haeres non erit, ad secundum; si erit, & posita non dum prætexta moriturus, protra d i vi fratres sanxerunt (a). De hoc nullæ rixæ: illud maxime pugnatum: num matre supersite, cui filii hereditatem ab intestato Senatusconsultum Tertulianum defert (b) substitutus insitæ illius pupillaris vi succedat? Negant, cui rectus animi sensus: *Non est incerti juris* (sit Imperatori veneratio) *quod si quidem in patris militis potestate positus primo tantum casu habuit substitutum, & patris haeres extitit, eo defuncto ad te omnimodò ejus pertineat successio* (c). Quid potuit clarius? fortassè prohibent caligæ, ne in illis, de quibus Imperator, tabellis idem ac in cæteris jus censetur: procul ab illis, quæ scripto non capiuntur, conjecturæ (d). Esto: non item præsumptiones, ex quibus ea pupillaris tacita (e); nec illa jubet lex scriptioni adherentes nos voluntatem neglectam habere; sed quod in aliis solemnè statutumque est, à nobis in iis non requiri: hæc ab ipsa veritate dictata excipias, observas (f). Multi tamen, quos præsumtum tam trite opinionis, eam eunt funditus eversum: sed obsiste, herbam dabis: quem admovet lapidem? an eandem taciti & expressi vim esse (g), matremque tacita excludi, quia expressa non illud æternum vere (h); non hic ubi absolute expressa; non absolute tacita, sed tacito intellectu contra matrem non admittendo substitutum vocat: an idem obtendant, quoniam quæ sub reciproca persona latet, substituto favet (i), in qua idem, at in vulgari contesta jus (k)? tacita hæc omnino, & contra testatoris verba admissus substitutos: Expressa illa saltem genere verborum, & juxta verborum sensus admissus substitutus: idem ergo in illis Jus, in pupillari scilicet obducenda; at diversum in obductionis modo. Audiamus Jurisconsultum quem in nos armant. Lucius Titius duos filios, legitimum alterum, alterum naturalem, instituit invicem substituit; adita hereditate moritur legitimus; extruso naturali filio obviam se mater facit, quia ille in secundum casum substitutionis capax haud erat (l). Fingæ capacem; nonne mater operietur fortis? quidni, si ea pupillaris reciproca partus esset? idè nec tacita. Haud plus Imperator, eo, quo nos profigare adversari maxime arbitrantur, loco (m). Admittitur mater, quia cohæres est; quia pater suæ substantiæ partem uxori relinquens, multo magis & luctuosam

hereditatem ad matrem venire juravit. Sista- tur hic rationum cursus: Hujus Pol juris deficiet annis (n); & subintrabit substitutus. Non ea sola ratio, sed hæc data comes; quia equum est, matrem metore artritatem filii immaturo fato, luctuosa ejus hereditatem non privari. Quæ sive cohæres data sit, sive non, semper stat; nec eas tacitus hic intellectus fores perfringere debet: quas maternum jus occlusit: quid si Imperatorem faciant de iis loquentem, quæ nec per somnium insensitè testator posthumo pro parte instituto, *si non nascatur*, secundum assignat heredem: eo non nato nemo audeat substituto litem movere. Natus vero si sit & extinctus hereditate non adita; dic sodes quis hæres? hoc Imperator tractat, dispartat, ventilat. Falluntur qui censent disseri ab eo de nato posthumo, & post aditam hereditatem impubere adhuc mortuo: nulla aditæ hereditatis mentio, cujus aditio futilem Papinianæ, & Ulpianæ dubitationis reddant mentionem; cum sublata jam à Diocletiano sit (o). Frivolam quòque, & putidam efficiat Jurisconsultorum rationem; quid enim si adita hereditate de pupillari tacita sit sermo, referat matrem cohæredem esse, necne? at *ejus hereditas dicitur, & luctuosa, & hereditas*; Fili ergo; nam si patris, portio potius hereditatis, nec luctuosa, & suo, non eius diceretur. An, & grammatici personam indulimur? fiat; non illis illicum, inexasiatumque ejus, pro suo scribere; nec aditio in causa quin filii portio dicitur luctuosa, quæ si quod futurum erat irrueretur, & hereditas, rectè diceretur. Hæc fortasse probabuntur, quibus, & universa Bartoli; & iis matrem non excludi, displicet Bartolus? (quod merito nonnunquam) anticus adhære; minus haud dabis non excludi matrem.

CAPUT. X.

Compendio factam à pagano verbis communibus post pubertatem flecti ad fideicommissum cum interpretatione tamen Papinianæ.

Verbis directis, civilibus, legitimis post pubertatem uni militi substitutæ datum: præcariis obliquis, inflexis haud cuiquam vetitum (a). Accidit & aliquando compendio orationis substitutionem fieri verbis quæ quocumque vocas veniunt. Id si à Pagano factum, nec prætexta positionem mors filii præverterit, substitutio ad fideicommissum flectitur, cum Papiniani tamen interpretatione laudatà nunquam satis (b). Præcuro? paulum re-

(a) L. 2. §. penult. l. jam hoc in re 4. ff. hoc tit. l. quamvis 4. C. de impub.
(b) §. 1. & 2. instit. ad Senatusconsult. Tert. §. 1. inst. unde cogna Ulp. tit. 28. Paulus. 4. sent. l. 2. ff. ad Tertull.
(c) L. precibus, Cod. de impub.
(d) L. 1. Cod. de test. milit. l. 1. l. si miles unum 6. l. similis 31. ff. eod.
(e) Menoch. lib. 4. præsumpt. cap. 39. num. 8. §. 18.
(f) L. Lucius 40. in princ. §. l. divus 24. ff. de test. milit.
(g) L. cum quid 3. ff. si cert. pet.
(h) L. 2. ff. quemadmod. usuf. amittat. l. creditor §.

si inter, ff. mandat.
(i) L. Lucius, ff. hoc tit.
(k) L. quamvis Cod. de impub.
(l) L. Lucius 45. ff. hoc tit.
(m) L. fin. Cod. de instit. & substit.
(n) L. quod dictum 32. ff. de pact. l. in omnibus 88. de reg. jur.
(o) Diç. l. precibus.
(p) Argumento hujus nostræ legis, §. l. cohæredis 41. §. quod si hæredem, ff. hoc tit. §. fin. inst. de pup.
(q) L. cum avus 102. ff. de cond. l. generaliter §. cum autem, Cod. de inst. & substit. l. cum acuisim; Cod. de fideicommiss.

revertat? trigemina est conditio, causalis, postestativa, mixta.

Primam fortuna, alteram honorati voluntas, postremam & hæc, & illa una adimplent (c): mortis conditio, causalis; tota pendet in fato, & hæc sola in hac substitutione apposita ex mente Papiniani explicanda; ut nimirum tacitam eam si sine liberis conditionem sibi insitam celet; cæteras excludo: proniorem, propensioemque in eum, cui restitui oportet, testatorem illæ ostendunt: haud illa. Nec inculcandus hic Lucius, qui nisi eam prudenti consilio addidisset, nepotes haberet extrusos (d). Quid nos cum substitutione directa vulgari? an fortasse, quia Principis indulgentia furioso facta ejusdem filii agnatione rumpitur (e)? sed sibi Lucius hæredem dixit; hic filio, qui simul ac ipse sibi potest inscribere hæredem, explicat se à paterni testamenti nexu, nodisque. Scribere vero vel necessarium suscipere hæredem parare libet: ergo natus filius substitutionem à patre factam solvit & merito; non idem in Lucii tabulis, à quibus ratio ea abhorret. Profectò dignus Papinianus laude, cui paterna soboles cordi; non quia id ipse constituerit: interpretandi munus rectè ille obeat (f); haud tamen quod purum est in conditionem vertat (g): sed quia sublime ei ingenium: quo altè adeò parentum mentem penetravit, ut suspecta eorum in liberos affectione, pietateque iis à natura indita, voluntate quoque indagare, norit, detexerit. Unde ipsomet jure, ipsa lege conditionem eam inesse appareat: si quidem lex jubeat fideicommissa ex voluntate pendere (h), & voluntas ea fuerit, ut liberis haud præferretur substitutus: attamen haud desino mirari, cui voluntas hæc innovaverit.

Scripto (i)? In testamento ne verbum quidem, imò contrarium colligemus, purè quippe fideicommissis (k); erige te ad exemplum: qui patronum hæredem instituerit, cum maxime vellet fratrem, idque sciretur, neuter ad hæreditatem admittitur (l).

Conjectura (m)? conjectura inquit Accursius legitima est probatio, veluti testium, & id genus: Cujacius, ex manifesto signo quo ducitur, conjecturam dicit, quod circa Carinus probationibus monstrari defuncti voluntatem cupit (n). Cujusmodi hic nullæ sunt. Vidimus itaque testamentum illius, qui cum institutioni conditionem inserere voluisse cre-

(c) L. unica, §. sin autem, C. de cad. toll. l. fin. Cod. de necess. her. inst. vel subst.

(d) L. Lucius 85. ff. de hered. instit.

(e) L. ex factis 43. ff. hoc tit.

(f) L. 2. §. deinde, ff. de orig. jur.

(g) L. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verb. oblig.

(h) L. penult. ff. de leg. 1. l. cum proponatur 64. ff. de l. 2.

(i) L. si unum ex familia 77. §. si omnia, l. cum patet 79. §. cum imperfecta, ff. de legat. 2.

(k) L. 1. ff. de con. & demonstr. l. omnia 32. in princ. ff. de legat. 2.

(l) L. quotiens 9. in princ. ff. de hered. inst.

(m) L. qui quis 98. ff. de leg. 3. d. l. cum proponatur.

(n) L. cum virum, Cod. de fideicom.

(o) L. 9. §. tantundem, ff. de her. instit.

deretur, nec inseruerit; penitus everti (o). Vidimus difficilia captu non scripta censeri multo certè magis omnino non scripta (p). Sed verius est Papinianum ad conjecturas intendisse ingenii aciem lisque prorsus occurrisse; si quidem quod plerumque accidit, certum est signum, & inde conjectura (q). Pietas vero parentis, quæ & quanta in illis pectoribus? qui se in pericula dare; non dicam & in mortem? ut filiis non vita, sed facilis vita maneat, ultrò habent: hinc Papinianus voluntatem conjecit, & dictante natura; quæ proprio sanguini extraneum in hæreditate præferri, indit haud credendum. Secus si pater substitutionem non sub conditione mortis, sed sub alia quacumque causali conceperit. Nam si fideicommissarium viventi filio proponit, nonnè & nepoti (r)?

CAPUT XI.

Militem haud censeri simplici fideicommissario hæredem in legitima gravasse.

Ecce iterum Crispinus, & est mihi sæpè vocandus, ad partes, ait Juvenalis; Ego verius de milite, qui toties nos ad scanam revocat; ut jam morosus fiat: ita est, & hoc ex privilegio. Certè jure isto ferè omnes illigantur, ut filio, si non in totum, saltem partem à lege destinaram immunes reliquant (a); Alias est querela in promptu, vel totum testamentum discindere (b). Quota ista pars? quartam jam pridem à Jurisconsultis diffinitum (c), qua tuti, & securi irui, potivè filii queant. Dubitatur de milite; imò verò, velit ipse modo; leges dabunt (d); sed an cum id non expresserit interpretatione juvetur. Illud dubium; profectò, si haud veritum tacite aliquid facere, cui datum expressè (e), nec militi vetium. Vis majus robur? hoc age: præterit filium miles, hoc ipso privat legitima (f). An non magis privabit si fidei ejus commiserit, ut restituat? sanè dixerit fortasse quispiam, cui boni humeri; nos vero huic opinioni suas sibi res jubemus habere: præteritio militum pro exhæredatione habetur (g); Exhæredatus vero nihil habet, idcirco expressè videretur legitimam ademisse; cæterum, cum potest, jure communi & miles censetur (h); hic maxime, ubi contra naturam, qua ea portio debita est (i); militem aliquid voluisse haud facile inducar, ut credam. Plura possem; sed & hoc excidit è linea, & est mihi ut verè fatear algà villius, imò & à tergo moent.

Glaudite jam rivos pueri, sat prata biberunt.

(p) L. 2. qua primum scrip.

(q) Arg. l. antiquit. ff. si pars hered.

(r) L. penult. §. nam licet, Cod. de bon. patern.

(a) L. omnimodo 30. cum reqq. Cod. de inoff.

(b) L. quoniam 32. Cod. eod.

(c) §. igitur ult. inst. de inoff.

(d) L. fin. in princip. l. testamentum 29. l. de inoff. eod. dicit. tit.

(e) L. cum quid 3. ff. si cert. pet. l. 3. de leg. 1.

(f) L. sicut certi, de milit. test. §. penult. instit. de exhæred. lib.

(g) Diſt. §. penult.

(h) L. Centurio hoc tit. §. l. quamquam 3. & l. in testamento 6. Cod. de milit. test.

(i) L. 1. Cod. de port. que lib. dam. cap. si pater, de testamento. in 6.

F I N.

ME-

SUMA POR MAYOR

DE LOS PUNTOS PRINCIPALES

de los Puntos Principales

MEMORIAL,

Ó DISCURSO INFORMATIVO

JURIDICO HISTORICO POLITICO

de los Derechos, Honores, Preeminencias, y otras cosas, que se deben dar, y guardar á los Consejeros, Honorarios, y Jubilados;

y en particular si se les debe la pitanza que llaman

DE LA CANDELARIA:

DIRIGIDO

AL REY NUESTRO SEÑOR

por el Doctór Don Juan de Solorzano y Pereyra, Caballero del Orden de Santiago, de su Consejo Supremo de Castilla, del de las Indias, Junta de Guerra de ellas, y de la de Minas.

Parva sunt hæc, sed parva ista non contemnenda, Majoris nostri hanc Rempublicam fecerunt. Livius lib. 7.

AÑO DE MDC. XLII.

Si-